



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 15. Bacides tres.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

tate verissimè ac sapientissimè explicatâ. Cùm enim  
 constet maiorem copiam virorum fortium existere  
 esse in ciuitatibus liberis, quàm in iis quæ vnus do-  
 minatu tenentur: vt in historiis veteribus multo plu-  
 res legimus Athenienses, Lacedæmonios, Romanos,  
 quàm Assyrios, Persas, Medos, fortitudinis laude  
 excelluisse: quæri non iniuria potest, quæ id causâ ef-  
 ficat. Ait igitur Hippocrates, id ex eo euenire, quòd  
 homines pro suis quàm pro alienis commodis, pro  
 sua quàm pro aliena gloria, longè alacrius atque ani-  
 mosius pugnant. In iis autem ciuitatibus, quæ suis le-  
 gibus viuunt, si quid bello partum sit, eius intelligit  
 quisque ciuium aliquid ad se pro virili parte pertine-  
 re. At vbi summa rerum omnium penes vnum est, ibi  
 labores quidam militares, & pericula, & vulnera &  
 cædes pertinent ad eos qui imperio subsunt: gloriæ  
 autem & imperij amplificatio, & omnis denique fru-  
 ctus qui ex victoria capitur, ad eum vnum redit, qui  
 ceteros oppressos tenet, eosq. habet in mancipiorum  
 in pecudum loco. Hæc in hanc ferè sententiam  
 disputantur ab Hippocrate in libello, quo explicat,  
 Quid efficiant cæli, aquarum & locorum varietates.

*Bacides tres.*

## CAP. XV.

RECTE indicauit P. Victorius, apud Aristotelem  
 in Problematis, vbi vulgo legebatur, *ὅσων αὐτῶν*  
*βασίδες*, legendū esse, *βασίδες*. Sed nō veram causā  
 reddidit, cur Aristoteles Bacidas ac non potius Baci-  
 dem dixerit. Putauit enim, vnum quidem fuisse Ba-  
 cidem: sed numero multitudinis, nota figura vsus,  
 summum Philosophum dixisse *Βασίδες*, cū intelli-  
 get non illum solum sed ceteros omnes eius generis  
 acque illi similes. Id autem secus est. Duo enim Baci-

Z 2 des

Microt.  
 Lectiones  
 III  
 25

des fuerunt: quorum vterq. futura prænoscere ac praedecere putabatur. Docet id Clemens Alexandrinus cuius haec verba sunt è primo *σρωμάτων*. *Ἡδὲ τῶν ἑλλήσι χριστολόγοι συχνὸὶ γεγονέναι φέρονται, αἷ οἱ βελούτων μὲν βιοῶπιθ, ὁ δὲ ἀριὰς πολλὰ πολλοῖς ἀρσαγρευσαται.* & veritum Atheniensem addit Philetas apud Suidam Bœotij tamen frequentissima apud veteres mentio

*Locus Virgilij è Thucydide effictus.*

CAPVT XVI.

Qui collegerunt indicaruntque locos Virgilij et aliis scriptoribus expressos, ad illum vertuntur quarto *Æneidos*,

*Ille dies primus lethi primusq. malorum  
Causa fuit,*

alij alia notarunt. Ego autem existimo, Virgilium locum hunc in animo dictum Meleippi Spartani qui principio belli Peloponnesiaci cum ad pertentendos animos Atheniensium missus esset: cumque inauditum statim ad suos redire iussissent, ex *Aeneidos* finibus excedens dixisse fertur, illum diem Graecorum magnorum malorum principium fore. qua de re Thucydides libro secundo: *ὁ δὲ ἐπειδὴ δὴ τοῖς ἑλλήσι νεοτὸν καὶ ἐμελλὲς διαλύσεως, τὸ σὸν δὲ εἰπὼν, ἐπορεύετο, ἐπὶ ταῖς ἡμέραις τοῖς ἑλλήσι μεγάλων κακῶν ἀρχή.* fuit autem Virgilij grauiissimi illius rerum scriptoris studiosissimus imitator. Multis certisq. argumentis peruinci facile potest.

*Probam vocem esse, Exanclare, & temerè ab alijs damnatam.* CAP. XVII.

EXANTLANDI verbum numquid à Latinis scriptoribus usurpatum sit, pro certo & explorato habere non ausim. Si quis tamen ex me, quid sentiam

*Ant. Var. L*